



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De Deposito.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066



EXAMEN IV.

De Justitia & iure, circa materiam de Contractibus gratuitis, scilicet Deposito, Donatione, Testamentis, Commodato, Pre-

cario, & Mutuo.

CAPUT PRIMUM.

De Contractu Depositu.

1. *Vid est Depositum? Quo aliquid alicui traditur custodiendum, ut illud integrum restituat.*

2. *Quotus lex Depositum? Triplex, Iudiciale, Necessitatis, &c ad custodiendum. Iudiciale quidem, quando debitor deponit pecuniam, quam creditor recusat acceptare; aut quando lis pendet de re aliqua, & interim ea deponitur apud aliquem, donec liti finis imponatur. Necessitatis autem, & ad custodiendum est, quando res aliqua aut necessitatis casu, ut contingit in domus conflagratione, aut domino rei operante aliquid, apud confidentem hominem deponitur, ut custodiatur. Vnde dominium depositi manet apud deponentem.*

3. *Quinam possint deponere? Omnes rei administrationem aut possessionem habentes. Quinam autem possunt esse Depositarij? Omnes qui iudicio rationis pollent. Num pupilli? Possunt ex licentia tutoris. An religiosi? Etiam ex Prælato- rum licentia.*

4. *Quanam res deponuntur? Regulariter res mobiles deponi assolent.*

5. *Quandónam & ubi reddendum Depositum? statim ac petitur. Idque in loco, ubi reperitur, nisi culpa depositarij fuisset in aliud translatum, tunc enim in suum locum tenetur reducere. Profectò deponentes præferendi sunt aliis creditoribus si depositum penes publicum depositarium factum est. Deponentes autem omnes æqualiter admittuntur.*

6. *Potestne Depositarius uti re deposita? Aliquando potest. v. g. si pecunia non sit obsignata; si sit ex iis, quæ consistunt in pondere & mensura; si bona fide credat dominum consentire.*

*alij negotiis
distracto*